

# Sermo

ore loquēdo. nec corpe faciēdo. De isto qui auēras. Qui diligit cordis mūdiciā. p̄f̄ gr̄az labioz habebit amīcū regem. **Prouerb. xxiij.** Moraliter. audiuit q̄ illi sp̄si f̄gines uenerūt ad m̄f̄imoniū. uideat mō quō uenūt qz nisi p̄quiserint oīa lupanaria. **Dō ps. xiiij.** **L**ozrupti sunt z abomiabiles facti sūt. nō est q̄ faciat bonū. s. caritatis. nō est vsqz ad vnū. s. de adultis. **Domicelle** credo q̄ uenūt f̄gines utinā nō mētīar. **Jō** pdunt gratiā dei i m̄f̄imonijs. **I**deo x̄ps. **S**unt lūbi v̄zi p̄cincti et lucerne ardētes. i. bona opa. in manibz v̄zis. **Luc. xij.** **D**ico q̄nto zc. s. miscdia copiosa. ope z f̄bō p̄dicando ut facerēt elemosynas. qz tales nunqz sūt egētes. **D**icat quō q̄n fuit in **India**. rex volebat fabricare palatiū. tunc **Thomas** habuit occasionem. z dixit regi q̄ ip̄e erat magister zc. dicēs q̄ faceret fundamēta q̄ nō possēt dirui. nec parietes. z q̄ palatiū eēt iexpugnabile. z nō mētīebat. qz loq̄bat sp̄ualiter. **F**ūdāmēta sunt articuli fidei. **F**undamētū aliud nemo pōt ponere p̄ter id qd̄ positū est. quod est x̄ps ihs. **Blō.** fides ihu. p̄ma ad **Corinth. iij.** **P**arietes sūt virtutes. **F**enestre sūt p̄tēplatiōes. **T**ectū est charitas. **R**ex aut̄ erat tor<sup>9</sup> carnalis. z nō intelligebat. **E**t qz erat recessur<sup>9</sup> a regno. tradidit magnas pecunias b̄tō **Thome**. et dedit sibi ut scutifero ut custodiret pecunias zc. **Thomas** aut̄ intra se dixit. **O**portet p̄mo me conuertere istū zc. z ita fecit. **D**einde obtēta l̄ra a rege q̄ in toto regno et ciuitate fieret illud qd̄ **Thomas** p̄cipet. **T**ūc beat<sup>9</sup> **thomas** incepit p̄dicare x̄pm. z edificare ecclesias de ill' pecunijs. intm̄ q̄ acq̄sūt x̄po magnā multitudinē gentiū. **T**ū aut̄ rex rediret. obuolantibus sibi suis d̄ regno. quesitit de palatio zc. **R**ūderunt. **D**e q̄ pallatio. **N**ihil est. **R**ex f̄o reputauit se deceptū. **I**deo cepit et incarcerauit beatū **Thomā**. **D**icat de resurrectione fratris regis zc. **E**cce de sua miscdia copiosa. **I**deo d̄z. qui d̄z. i. famose noiāf. q̄a p̄sone misericordes famose noiāf. **A**uētas. dixit x̄ps de magdalena q̄ fuit misericors. **I**n toto mūdo dicef. i. noiāf q̄ f̄ fecit in memoriā ei<sup>9</sup>. **M**oraliter. credo q̄ nullus vestrū est quin in celo uellet h̄re pallatiū z nō curatis edificare. s. edificatis h̄ pallacia. domos. cameras. q̄ destruent in breui. **E**dificate ḡ i celo vnā cellam. fundat̄ em̄ elemosynis. **S**i magnas elemosynas facitis. magnā domū habebitis. **S**inautē remittit vos ad hospī-

ale miseroz ad infernū. **I**deo auēctis vōs ut habeatis domū vbi semp habetis stare. **D**icit viatores q̄ vna mala nox leuit trāsit sed semp stare zc. **A**uēta. **I**deo apl'us. **S**cimus q̄ si terrestris dom<sup>9</sup> n̄ra hui<sup>9</sup> habitariōnis dissoluaf q̄ edificationē a deo habem<sup>9</sup> domū nō manu factā eternā in celis. **D**ico setto zc. **P**atientia virtuosa est quādo p̄ x̄po homo est paratus sustinere patienter iniurias verbosas vel etiam in operibz. s. mori p̄ x̄po. **I**deo x̄ps. **T**rademini a parētibus z fratribz cognatis z amicis. z morte afficiēt er vobis. z eritis odio omnibz hominibz propter nomen meū zc. **I**n patientia vestrā possidebitis animas vestrās. **Luc. xxiij.** **D**icatur eius martyriū quod fuit in vltima **Indiarū** vbi adorabant solem tanqz deum. qz non videbant pulchriore creaturam. **Beatus** aut̄ **Thomas** incepit p̄dicare p̄ istū errorem. **D**e hoc vide in sermone **Symonis z Jude**. **D**icatur quō volebant q̄ discalciantur iret sup lamina ferreas ignitas. et signant se signo crucis. fons erupit et eas extintit. **S**cdo fuit posit<sup>9</sup> in furno ferreo ignito. in quo stetit p̄ diem orando ac si esset in prato. **T**ūc dixit quidā incantator. **D**eus suus cōseruat eum. sed faciam<sup>9</sup> q̄ faciat aliquid cōtra dominū seu deum suum z dimittet eum. **T**ūc duxerūt eum ad templū solis ut adoraret p̄ vim. tūc nō fuisset peccatū si vi adorasset. q̄a peccatū ideo peccatū. qz voluntariū. **E**t dixit. **E**go adoro nō solem sed deū. nō creaturam sed creatorē. **E**t p̄cepit demoni ut egrederef de idolo z cōminueret. et ita factū est. **Q**uod videntes pōtificates templi z sacerdotēs cum lanceis interfecerūt eum zc. **J**do d̄z didimus. i. deo dubi<sup>9</sup> vel gemin<sup>9</sup>. i. duplicatus. **Angeli** em̄ sunt simplices. **F**los aut̄ sumus gemini. quia habem<sup>9</sup> sp̄m ut angeli. et carnem ut animalia. **S**p̄s quidē p̄mptus est. s. ad patiendū. caro aut̄ infirma. **Matth. xxiij.** vel dubius. quia caro dubitat mori. **M**oraliter. si tantum deconstitit paradysus apostolis amicis dei. quid faciem<sup>9</sup> nos. quo precio emem<sup>9</sup>. **S**imus penitētes. ut ad suaz pueniamus societatem. **A**mē.

**Q**n vigilia natiuitatis x̄pi Sermo.

**E**xpectabo deum saluatorem meum. **Psalm. vij.** **H**odie virgo **Maria** expectabat natiuitatē filij dei. qz licz ego semp expecta-

## In uigilia natiuitatis chrisi

ret in deū z i nullo alio. s; singulariter mō in  
ptu expectabat uidere q̄ttuor de filio suo. s.

**P**rimo natiuitas gaudiosa.

**S**ecūdo maiestas virtuosa.

**T**ertio dignitas copiosa.

**Q**uarto potestas gloriosa.

Et q̄ subtiliter uellet p̄dicare esset nimis lō/  
gus. Ita quattuor notant i themate i q̄ sūt  
q̄ttuor dicitōes. Primū in p̄ma. Secūdū in  
sc̄da. zc. **D**ico p̄mo. zc. s. in natiuitatē gau/  
diosa. z magis modo q̄ i alio tpe. Rō. qz in/  
uenim⁹ q̄ s̄go maria cōcepit filium dei. die  
xxv. **M**arcij eadē. s. die qua adā fuit forma/  
tus d̄ terra s̄gine z patre deo. **U**irgo d̄z p̄so/  
na q̄ nūq̄ sensit corruptionē. nec in corde de/  
siderādo. nec i ore loquēdo. nec i corpe ope/  
rādo actū illuz. **T**alis erat tūc mater **A**de/  
scz terra. quia quādo adam fuit format⁹ ad/  
huc in terra nullū peccatū fuerat cōmissum.  
**T**ali die uoluit x̄ps in utero matris forma/  
ri ope sp̄s sancti. **P**rim⁹ homo de terra ter/  
renus. secūd⁹ hō de celo celestis. **i. Coz. xv.**  
**N**ota **A**dā dicit p̄mus hō. uerū est. sed q̄  
chrisi⁹ fuerit secūdus. quō est uerū. cum tot  
fuerint homines in mūdo. **R**ūdeo q̄ adā fuit  
prim⁹. **C**hristus s̄o secūdus. quia ambo fue/  
runt p̄ncipiū vni⁹ generatiōis. s. **A**dā fuit  
p̄ncipiū de generatiōe carnali. **X̄ps** s̄o de  
generatiōe sp̄ali. **I**deo dicebat x̄ps xp̄ianis  
om̄s uos fratres estis. z patrē nolite uocare  
uobis sup̄ terrā. **U**n⁹ est em̄ p̄r uester qui in  
celis est **M**ath. xxiij. **I**tez secūd⁹ hō de celo  
celestis. **E**x ista auētate aliq̄ heretici dixerūt  
q̄ x̄ps habuit corp⁹ celeste. qd̄ falsuz est. **S**z  
uirgo dicit celū. **C**elū celi d̄no. s. ad habitā/  
dum. **E**t nūquid uterus uirginalis fuit ha/  
bitatio dei. **I**mmo **A**mbrosi⁹. **V**enter ca/  
paciōz celo. qz quē celi capere non poterant.  
tuo gremio cōtulisti. **S**i ḡ uolum⁹ cōputa/  
re mēses a. xxv. die **M**arcij erūt nouem mē/  
ses lunaz. s. xxx. dierū completi. **S**ciens autē  
uirgo s̄m cōmunē cursum q̄ mulieres por/  
tant nouē mensibz proles. ipsa cum **J**oseph  
computabat menses zc. **I**deo uirgo maria  
hodie expectabat illam gaudiosam natiuita/  
tem uidere. **E**t sicut mulieres que sunt iuxta  
partū parāt sibi necessaria. **I**ta uirgo **M**a/  
ria. et expectabat cū magno gaudio. z pote/  
rat dicere. **E**xpectans expectaui dominum  
et intendit mibi. **P̄s. xxxix.** **N**ota. expectans  
scz deum semp. expectaui modo maxime. et  
intendit mibi. i. accensum desideriu; accen/  
dit intente. formalis est q̄n ignitū plus ignit⁹

**S**ic desideriu; incensum uirginis plus in/  
cendebat hodie. **C**hristus autem recepit sex  
dies de decimo mense z fuit completa p̄p̄e/  
tia q̄ d̄ h̄ dicit. **I**n utero matris figurat⁹ sum  
caro. x. mensiu; tempe. **Sap. viij.** **M**oralr  
quicquid x̄ps fecit in sua b̄ndicta p̄ceptōe.  
nō sine magna ratōne fecit. **U**oluit em̄ i ure  
ro. ix. menses stare. ad innuendū fructū. s. re/  
parationis. ix. ordinū angeloz q̄ sūt in celo.  
de quibz mali angeli ceciderūt ex peccato zc.  
**I**tem recepit sex vel septē dies d̄ decimo mēse  
innuens ex sua incarnatiōe sex vel septē stat⁹  
sanctoz in celo. s. patriarcharū. apostolorū.  
martyz. s̄selloz z doctoꝝ z uirginū. **I**tez qz  
in h̄ mūdo meremur decē p̄ceptis. z septem  
opibz misericordie. qz sepelire mortuos. paz  
est. **D**e p̄ceptis dicit x̄ps. **S**i uis ad uitā in/  
gredi serua mādata. **M**ath. xix. **D**e opibz au/  
tē dicit chrisi⁹ in iudicio. **U**eite b̄ndicti pa/  
tris mei zc. **M**atth. xxv. **M**ulta alia ope/  
ra allegabit. tamē nō dicit si fuisti sciens. po/  
tens. diues. generosus. sed zc. **D**ico secū/  
do zc. s. maiestas virtuosa. expectabat enim  
filium dei et suum sine homie patre. **I**ud  
desiderium fundatur sic. **N**am inuenitur in  
scriptura q̄ ex quo deus pater promisit filiū  
suum mittere pro mūdi redemptione. sancti  
patres ardentē ip̄m desiderabāt. **P**rimū  
**A**brāham cui specialiter fuit p̄missus. **D**e  
quo dicit x̄ps. **A**brāhā pater uester exultauit  
ut uideret diē meū. uidit z gauisus est. **Joh.**  
**vij.** **Q**uanto magis si ipsum uidisset in p̄p̄ia  
p̄sona. **S**ecūdo **M**oyse qui. xl. diebus fuit  
cum eo locutus in monte synai. z non uide/  
bat eum dicit. **S**i inueni gratiā in cōpectu  
tuo ostende mihi faciē tuā. ut scia te. et inue/  
niam gratiā ante oculos tuos. **E**xodi. xxxij.  
**E**t nō uidit eum. **T**ertio **d**auid q̄ de hoc se/  
cit vñū psalmū dicēs. **Q**uē ad modū deside/  
rat ceruus ad fōtes aquaz. zc. **p̄s. xli.** **Q**uar/  
to **S**alomon di. deo. **Q**uis mihi det te fra/  
trem meū sugentē ubera matris mee. ut inue/  
niam te solum foris z de osculer. **Canti. vij.**  
**Q**uinto **I**saias di. **U**tinam dirumpes ce/  
los z descenderes **I**sa. lxiij. **S**exto **A**thob.  
di. **B**eat⁹ ero si fuerint reliquie seminis mei  
ad uidendū claritatē hierlem. **T**hob. xij.  
**S**eptimo om̄s aliq̄ sancti s̄m **A**mbrosium  
clamādo dicebant. **Q**ñ ueniet. q̄n nascet. q̄n  
apparebit. putas ne hic me inueniet illa nati/  
uitas. **O** si oculi mei uideāt per quem oculi

cordis reuelabunt. **O** si oculi mei videbunt  
in scripturis pmissus. **A**d ostendēdū istas sep-  
tē desideratōes cantam⁹ septē **O** añ xpi nati-  
uitatē. **F**iat grō. **S**i illi sancti p̄ses ita ardē-  
ter eū videre desiderabāt in h̄ mūdo. **Q**uid  
dicem⁹ d̄ h̄gine maria q̄ eū habebat in vtero  
**D**esiderabat videre istā faciē q̄ dat gl̄iaz an-  
gelis z beat⁹. **O**s euangelizās nouam legē  
**D**an⁹ q̄ celū z terrā creauerūt. **H**ecq̄ mirū  
si d̄siderabat videre istā maiestātē. z poterat  
dicere. **E**xpectabo d̄n̄m q̄ abscondit faciem  
suā a domo **J**acob z p̄stolabor eū **J**sa. viij.  
**H**ora abscondit faciē. z scz atiq̄s patrib⁹ ip̄m  
desiderantib⁹ videre qui mortui sūt ante zc.  
**M**oralit̄ hic. **S**i virgo maria z **J**oseph  
facti patres ita ardēter desiderabāt videre i  
h̄ mūdo puerū paruum passibile z mortalez  
cū quātō desiderio nos d̄m⁹ ip̄m d̄siderare  
vt eū possim⁹ videre i gl̄ia magnū impassibi-  
lē et immortalē. **S**i ardētes essemus itatim  
vellem⁹ esse cū eo. s̄z malū signū est qz coacti  
erimus d̄ h̄ mūdo vt capi⁹ de carcere ad au-  
diēdū sniam qm̄ sentit se culpabilē. **I**nnocēs  
m̄ libētē venit ad iudiciū corā iudice. **J**ō  
**D**auid. **D**ñe d̄ virtutū p̄uerte nos. z oñde  
faciē tuā z salutē erimus. ps. lxxix. **H**ora p̄uer-  
te nos. s̄. ad bonā vitā. qz als meli⁹ esset ani-  
me in iudicio videre. c. milia demones q̄s fa-  
ciē xpi irati. **A**poē. vj. **T**ūc dicent mōrib⁹  
z petris. cadite sup nos. z abscondite nos a fa-  
cie sedentis sup thronū z ab ira agni. qm̄ ve-  
nit dics magn⁹ ire ip̄oz. **J**ō d̄c. p̄uerte nos.  
scz coopando taliter q̄ est supbus. pompo-  
sus zc. cōuertat z fiat hūilis. z sic d̄ alijs. **E**t  
tūc lete z cū gaudio videbit faciē xpi in iudi-  
cio. **I**ste versus. d̄ne d̄ zc. ter replicat i p̄ri-  
mo ps. qz tres sunt status eccl̄ie. s̄. religiosoz  
clericoz. z laicoz. qz om̄s debēt cōuersionē  
ad bonū desiderare. **D**ico tertio zc. **D**i-  
gnitas copiosa fundit sic p̄ rōnem theologi-  
cam. **Q**n̄ psonis dat aliqua gr̄a nō p̄tentat  
de gr̄e inchoatione in ip̄is sed ad p̄fectionem  
anbelāt paulatim augmētando. qz nemo re-  
pente fit summ⁹. **J**ō disponūt se p̄pare vt in  
eis gr̄a p̄ficiat. **A**uctas. **N**on q̄ iam accepe-  
rim aut iam p̄fectus sim. sequar autes si quo  
mō cōprehendā. ad **P**hil. iij. **J**ō ad **H**eb. vj.  
**I**ntermittētes inchoatōnis xpi sermonē ad  
p̄fectionē e⁹ seramur. **I**stā regulā serauit  
virgo **M**aria in q̄ deus incepit maiorē gra-  
tiā q̄ vnq̄ fecerit alicui q̄ scz esset mater dei.  
nō regis. seu impatoris. quia alijs mulierib⁹

hoc etiā cōcessum est. **S**ed d̄ sine virginita-  
tis detrimento. **N**ō ex virili semie sed mysti-  
co spiramie verbū dei factū ē caro. fructusq̄  
ventris floruit. canit eccl̄ia. **V**irgo aut̄ non  
cōtenta de gr̄e inchoatiōe. nec de e⁹ p̄tinua-  
tione ip̄m nouē mētib⁹ in vtero portādo. sed  
affectabat videre p̄fectionē. **I**deo dauid in  
p̄sona virginis dicebat. **E**xpectabā euz qui  
saluū me fecit a pusillanimitate sp̄s. s̄. in cō-  
cipiēdo. in qua alie mulieres habēt sp̄m pu-  
sillanimē ex timore z miseria. **S**ed h̄go ma-  
ria habuit sp̄m magnanimū releuatū pl⁹ q̄s  
fuerit vnq̄ alicui mulieri. z tēpestare. s̄. tedio  
portandī a qua fuit salua. **M**oraliter. nū-  
quid reputatis ad magnanimitatē z digni-  
tatē virginis marie q̄ sit mater dei et virgo.  
**I**ta etiā z vos oēs potestis esse si vultis. z an-  
gelo nūciante filiū dei portabitis. et h̄gines  
parietis. **D**eclearē. **A**ngelus nūcians z **B**a-  
briel est p̄dicator. **A**uctas. **L**abia sacerdot⁹.  
qz p̄dicator debet eē sacerdos. custodiūt sci-  
entiā z legem requirēt de ore eius. qz angel⁹  
d̄ni exercitū est. **M**alach. ij. **E**t mittitur a  
deo. **E**t quō p̄dicabunt nisi mittant. ad **R**o.  
z. **S**alutat vos p̄mo dicēdo **A**ue maria. **D**e  
inde venit plamētum p̄dicationis. z qm̄ vos  
p̄sentitis. p̄ponendo corrigere et emēdare vi-  
tam z ordinare in meli⁹. tunc anima vestra ē  
grauida. **E**t virgo. quia sine corruptiōe con-  
cepit. **A**uctas. **A** faciē tuā d̄ne cōcepimus et  
quasi parturiuim⁹ z peperimus sp̄m salutē.  
**J**sa. lxxvj. **E**t portat iste partus quantū du-  
rat bonum p̄positum. quando autē excecitat  
opere tūc parit. **I**stum partū debet expecta-  
re quilibet nostrū. **P**aret q̄ quilibet po-  
test dici mater dei isto modo. nō p̄ equiparā-  
tiam. **A**utoritas. **D**icatur breuiter historia  
**C**um t̄ps p̄dicasset. virgo maria cum aliq̄-  
bus consanguineis suis venit ad domū vbi  
xps p̄dicabat z p̄gentiū multitudinē non  
potuit intrare. **E**t vn⁹ volens t̄pm p̄turba-  
re dixit. **E**cce mater tua et fratres tui foris  
stāt quērētes te. **Q**ui respōdens dixit. **P**ater  
mea et fratres mei hi sunt qui verbū dei  
audiunt z faciunt. **L**uc. viij. z **M**atthei. xij.  
**D**ixi quarto zc. scz potestas gaudiofa fun-  
dat sic. **O**m̄ia miracula q̄ in hoc mūdo fiūt  
sunt a potestate dei z in gloriā suā. quia nul-  
lus sanct⁹ p̄pria auctoritate seu potestate po-  
test facere miracula nisi instrumētaliter z ad  
dei gloriā. **P**ropter futurā resurrectionē **L**a-  
zari miraculosam dixit xps. **I**nfirmas hec

## De sancto Stephano

nō est ad mortē. s. tanq̄ terminū ad quez. sed  
bñ p̄ que. qz p̄ illā erat ventur⁹. s. p̄ gl̄ia dei.  
vt glorificet fil⁹ dei p̄ eam. **Joh. xj.** In par-  
tu h̄ginis em̄ m̄tra miracula debebāt p̄tinge-  
re in gl̄ia dei. **Dicas** p̄mū de claritate noctis  
secūdū de apparitione angeloz ad pastores.  
terciū de cantu ip̄oz. de gl̄ia i excelsis deo. q̄r-  
tū de adoratiōe bouis et asini. **Ideo Isa. ix.**  
**Paruul⁹ nat⁹ ē nobis. et fili⁹ dat⁹ est nob rē.**  
**Hora** de miraculis p̄pter miracula natiuita-  
tis. **Dec** ḡ sciēs h̄go maria uehemēter expe-  
crabat singula videre. et poterat dicere. **Ue-**  
**niat** ḡ mittend⁹ ē et ip̄e erit expectatio gentiū  
**Ben. xlij.** **Moralit.** ista q̄nqz mirabilia de-  
bem⁹ nos expectare q̄ ventura sunt in partu  
corpis qm̄ p̄ mortē parit bonū sp̄m. qz al̄s n̄  
si sit bon⁹ fili⁹ nō sūt ista mirabilia. **Primo**  
em̄ in partu bonozū qm̄ aia erit de corpe per  
mortē. nox p̄ntis vite q̄ nox d̄ respectu diei  
gl̄ie clarescit. et aia d̄c. **Hoc** p̄cessit. dies autē  
appropin̄q̄bit. ad **Ro. xij.** **Secūdo** qm̄ angeli  
mittunt ad eam. **Anima** em̄ bona qm̄ egredi-  
tur de corpe nō inuenit se solā s. associatam  
angelis bonis. mala autē malis angelis asso-  
ciat. **Tercio** angeli cantādo ducūt eā ad glo-  
riā vt sponsa ducit ad ecclesiā. **Factū** est vt  
moreret medicus. et portaret ab angelis i si-  
nū **Abrahe Lu. xvj.** **Quarto** qz bestie. s. infer-  
nales in aere existētes faciūt reuerentiā i trāsi-  
tu fugiētes. **Quinto** de leticia et gaudio qd̄ sit  
in plateis vel ordinibz angelozū. **Quia** gau-  
diū est i celis angelis dei sup vno peccatore  
pniam agere. **Luc. xv.** **Dulto** magis est eis  
gaudiū de sancto pniam cōplente. **Uidet** ḡ  
vobis si ille partus debet ardēter desiderari  
quē admodū domicella expectat et desiderat  
gloriā nupriarū. que nihil est respectu illius  
gl̄ie et honoris. **Ideo** dicit de his omibz **D̄s**  
**Dec.** supple miracula recordat⁹ sum. et effudi  
in me animā meā. **Ecce** partus. qm̄ transi-  
bo in locū tabernaculi admirabilis vsqz ad  
domū dei. **Ps. xlij.**

**S**ermonē secūdum vigilię natiuitatis  
xp̄i quere in parte h̄yemali de tēpore.

**De sancto Stephano.**

**D**isputantes cum  
Stephano non poterant resistere  
sapientie et spiritui qui loquebatur  
**Act. vj.** **Inter** oēs alias p̄missiōes magnas  
et mirabiles q̄s xp̄s fecit apl̄is et discipulis  
singularis fuit illa. **Ego** dabo vobis os et sa-

piētiā cui nō poterūt resistere et d̄dicere om-  
nes aduersarij v̄i. **Luc. xxi.** **Hora.** **Ego** da-  
bo vob eloquentiā ad loquēdum p̄dicandū  
et disputandū. et dabo vobis sapiāz. s. p̄ infu-  
sionē. **Rō** hui⁹ p̄missiōis fuit qz volebat eos  
mittere p̄ mūdū ad p̄dicandū. iō fuit necessa-  
ria ista p̄missio. matie si vultis cogitare de-  
fect⁹ apl̄oz xp̄i et discipuloz. qz erant rudēs  
piscatores et sine eloq̄ntia. **Iā** scitis qz p̄ ma-  
lam locutionē homo p̄dit ius suūz. **Deficie-**  
**bant** autē in scientia intellectuali. qz nunq̄  
studuerāt logicā philosophiā theologicāz. et  
habebant disputare etiā p̄ncipia philo-  
sophie cū magnis philosophis. **Ecce** ratio  
quare eis p̄misit dicens. **Ego** dabo vobis  
os. id est eloquentiā in ore. corā regibz p̄ncipi-  
bus et philosophis. ne rōnibz v̄is et argumē-  
tis possint resistere. et argumenta sophistica  
philosophoz intelligere. **Ista** p̄missio i om-  
nibz apostoloz et discipulis fuit cōpleta. **Sz**  
singulariter ostendit thema fuisse cōpletū in  
beato stephano. cū dicit. **Disputātes** cū ste-  
phano rē. **Patet** thema. **Secūm** verba the-  
matis notauit in beato stephano duo singu-  
laria. scz. **Primo** ex parte iudeozū bellū mul-  
tum rigorosum. ibi. **Disputantes** cū stepha-  
no. **Secūdo** ex parte xp̄i victoria miraculo-  
sa. ibi. et nō poterāt resistere sapientie et sp̄i-  
tui qui loquebat. **Dico** p̄mo qz fm̄ verba  
thematis oñdit i beato stephano bellū mul-  
tū rigorosum. qz de fide catholica. de mate-  
ria tā alta et subtili. et tot arguētēs p̄tra vnūz  
respōdentē. sicut pl̄ium esset rigorosum et pi-  
culosum alicui militi habēti plures p̄ eū pre-  
liantes diuersis generibz armorūz. lozicat⁹. ri-  
goros⁹ et piculosus est pl̄ium vbi de fide ca-  
tholica cū inimicis fidei disputat. et vn⁹ sol⁹  
p̄tra multos cū tot argumētis. rōnibus. de-  
ductionibz. et p̄suationibz. que sūt lancee. gla-  
di⁹ rē. **Ita** fuit de bello sancti stephani. quia  
ip̄e solus inuenit se in cāpo. et venerit ad eū  
magistri et arabes et rabini de q̄nqz synagogz  
siue studijs generalibz disputātes p̄ eū. **Dic-**  
**text⁹.** **Surrexerūt** autē quidā de synagoga q̄  
appellabatur libertinoz et cirenensū et alexan-  
drinoz. et eoz qui erāt a cilicia et asia dispu-  
tantes cū stephano. **Act. vj.** **Synagoga** autē  
idem est qz cōgregatio doctoz rabinoz. rē.  
**Questio** est hic. **Errum** est qz tūc r̄pis qm̄  
iste synagoge insurrexerūt p̄ beatū stephanū  
qz apl̄i xp̄i et discipuli erant in hierl̄m. **Qua-**  
**re** ergo surrexerūt p̄ stephanū et nō p̄ petrū